



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Practici Tractatus, De Legibus

Marchius, Ewald

Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661

Cap. V. De Iure vel Lege naturali.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42256

Similiter; illi subjiciuntur, omnes Res Humanæ, Ita S. Thomas hic q. 93 art. 6. Et quidem irrationalis Creaturæ, per modum actionis & passionis, in quantum participant, per modum interioris principii motivi, quo ad generationem, nutritionem, accretionem &c.

Creaturæ vero rationales, illi subsunt, eamque participant per cognitionem ipsius LEGIS, quatenus mediante lumine rationis, aut per Divini verbi Praecones, agnoscunt Dei voluntatem, & Mandatum, secundum quæ vitam & actiones liberas, instituere & formare debeant.

C A P U T V.

De Jure vel LEGE naturali.

*Quid sit LEX naturalis? Et an eius praecepta
sint plura, vel unum? Et an sit una
apud omnes?*

LEx NATURÆ est quadam participatio LEGIS aeterna in rationali Creatura, qua bonum & malum discernit. Ita S. Thomas, I.2.q.91.art. 2. Sive est dictamen & iudicium nostra rationis, quo per lumen, nobis ab aeterna LEGE impressum, aliqua esse bona, seu natura nostra consensu, certo cognoscentes,

174

statuimus ea agi debere , aut cognoscentes , esse mala . seu natura nostra dissentanea , minime que congrua , statuimus debere vitari . Quod Judicium , quatenus est à Deo , qui indidit nobis Naturam , secundum quam , ita iudicaremus , rationem habet LEGIS , seu Regulæ re- & tè vivendi , nobis à Deo impositæ . Reginald in Praxi fori pœnitentialis lib . 13 . tract . 2 . in Proëmio . Juxta illud Psal . 4 . Signatum est su- per nos , lumen vultus tui , Domine .

Plura quidem sunt præcepta LEGIS Na- turalis , quæ tamen omnia , aliquo modo fun- dantur in uno : Quod bonum sit faciendum , & malum vitandum . Ita S. Thomas . 1 . 2.q . 94 . art . 2 . nam omnia naturæ præcepta radi- cantur in eo , quod bonum sit faciendum & prosequendum , & malum vitandum , ut scili- cet , illa omnia facienda , aut vitanda , perti- neant ad præcepta LEGIS Naturæ , quæ ra- tio practica , inquit D. Thomas q . 94 . art . 2 . naturaliter facit esse bona humana .

C A P U T VI.

An LEX Natura sit una apud Omnes?

L Ex NATURÆ , quo ad prima & ge- neralia , principia rationis practicæ , est una , & eadem apud omnes , tam quoad recti- tudinem , quam quo ad notitiam . Est Divi Thomæ